

(vt in eadem similitudine verfer adhuc)
quod in his qui immensum maris spati-
um dormiendo conficiunt, prius enim in
portum delatos nauticus fragor excitat,
quàm soluisse se nouerint.

ANAXAGORAS.

ANaxagoras interrogatus, quisnam
eius iudicio beatus esset, nullus in-
quit eorum, quos tu beatos putas. Inter
illos potius habitat, quos miserrimos re-
ris: non diuitiis suis oppressus, non ho-
noribus tumens, non voluptatibus ener-
uatus, sed velut auiti ruris non auidus co-
lonus, vel propriæ disciplinæ modestus
possessor ac sobrius, sua quàm vulgi æsti-
matione fœlicior.

HECATON.

HEcaton quoque ab hoc contuber-
nio repellendus non videtur, cuius
ex multis hoc placuit: Ego inquit, mon-
strabo tibi amatorium, Sine medicamen-
to, sine herba, sine vllius venefici carmine.
Si vis amari, ama: eleganter artibus Ma-
gicis serua indicit: Non est necesse The-
salica tempe fixis in terram oculis lustra-
re, & per Herculeos calles, Medæ stupen-
tis exteras herbas internoscere, non ferie-
no ritu corporibus humanis particulas